



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatvs Practicvs De Casibvs Svmmo Pontifici,  
Episcopis, Et Praelatis Religionvm Reservatis**

**Kiene, Johann Georg**

**Constantiae, 1629**

4. Moderatio Sixtinæ Co[n]stitutionis, vt ille tantum contrahat Irregularitatem, qui abortum fœtus animati procurauit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42214**

ipso facto præter irregularitatem  
omni priuilegio clericalis officii  
& beneficij Ecclesiastici priuari,  
etiam si delictum fuerit occultum,  
atque degradatos posse foro sæ-  
culari tradi sententiâ capitali pu-  
niendos. Iisdem pœnis puniri  
mandat, tam eos qui sterilitatis  
portiones, aut venena propinaue-  
rint, procurauerint, quam mulie-  
res applicantes, nè fœtum conci-  
piant. In Const edita Anno 1588. Ef-  
frænatam, quam explicat. cit. Scortia.  
Excipe eos qui virum redderent  
sterilem, cum mentio duntaxat  
fiat de prægnantibus mulieribus,  
& pœnæ non sint extendendæ ex-  
tra casum.

I V. Post moderationem Sixti-  
næ Constitutionis aliquæ pœnæ  
[A]procurantium abortum fœtus  
inanimi, aut præbentium mu-  
lieribus, aut mulierum sumentiu  
venena sterilitatis, vel quo cumq;  
tar-

tandem modo consilium vel auxilium praestantium reducuntur ad terminos iuris communis [B] & dispositionem Concili Trid. [C] Hinc siue laicus siue clericus abortum foetus inanimati procurans, aut prægnantem malitiosè abortiri faciens, non incurrit excommunicationem aut irregulatatem de iure communi: Neque venenatum aut medicatum poculum mulieri, vel viro propinans, quo facultas generandi impeditur: Præterea excommunication & irregularitas ex abortu foetus inanimati pœnitus tollitur. Neque excommunication ex abortu foetus animati amplius reseruatur Papæ, sed quilibet approbatus ab ea absoluere potest.

[A] *Gregorius XIV. in Const. Sedes Apostolica, ut nec irregularitas, nec excommunication incuratur à procurantibus abortum,*  
nisi

atem  
fficii  
uari,  
cum,  
o sæ-  
ipu-  
uniri  
itatis  
aue-  
ulie-  
onci-  
S. Ef-  
ortia,  
erent  
taxat  
bus,  
e ex-  
  
Sixti-  
œnæ  
œetus  
mu-  
entiū  
unq;  
tar-

nisi fœtus fuerit animatus. [B] Cap. sicut ex litterarum de homicidio, in quo reatus homicidii ex procurato abortu, adeoq; irregulari: as contrahitur, quando fœtus fuit animatus. Sess. 14. Cap. 7 iuncta declaracione. D. iuxta Constit. Gregorii XIV. ubi quoad pœnas procurantium fœtus animati abortum & homicidium ceditur, ut quilibet Presbyter ad fideliom Confessiones excipendas deputatus possit ab excommunicatione & peccato abortus in foro conscientiae absoluere. Prælatti tamen Regulares vi privilegiorum possunt subditos de reatu abortus conuictos in foro exteriori soluere. R. ed. t. 2. q. 35. a 4. §. circa quam. de dispensatione vero irregularitatis ex abortu fœtus animati contractæ, vide cit. Concil. Trident quod eam seuerè prohibet. Atq; ita Religiosus malitiosè procurans abortum fœtus animati seu consilium, auxilium præbens præter excom-  
muni-

municationem, irregularitatem, incidit in casum reseruatum, à quo ab eo tantum absolui potest, qui specia-  
liter à Religionis Antistite cum po-  
testate deputatur, ut infra pat-  
bit.

V. Religiosus iniuriosè occi-  
dens, mutilans, vulnerans, percu-  
tiens grauiter quamcunq; perso-  
nam, siue sit sacerdotalis siue Regu-  
laris vel Ecclesiastica, incidit in ca-  
sum reseruatum [A] et si Clericum  
lethali percussione lœdat, etiam  
excommunicatur [B] non tamen  
excommunicatio hæc in Religio-  
so Papæ, sed Prælato reseruatur:  
Ed ipso quod occisionem vel per-  
cussionem cuiusque personæ Pa-  
pa in Prælatum conferat absol-  
uendam.

[A] iuxta decretum Clementis VIII.

[B] ex Cap. Si quis suadente Diabolo.  
vide dicta supra & obserua hic et-  
iam percusionem in sæculari à  
Reli-